

7. Dominus dicit in ewangelio: *Gratis*¹⁸ *accepistis, gratis date*; et ideo venditores et emptores sacrorum ordinum assentatorésque eorum gratiam dei maledictione noverint se dignos esse⁹, nec habent ante dei oculos sacerdotalem gradum quem fedant^{rs}. [dacio^t metalli^t]

c.20 8. *Pro baptizandis etiam hominibus nullum precium requiratur*. Agatur (vgl. ideo vero baptismus in *pascha* et in *pentecosten*; alias, excepto si necessitas^u c.21) *mortis* non supervenerit, alio tempore non celebretur. Agitur ideo baptismus in *pascha*, ut, quia *Christus*¹⁹ in eo *a mortuis resurrexit* et *iam non moritur*²⁰ super^v aqua petens victor met ad^w dexteram patris^v. In mersione²¹ parvuli ostendatur mors^x Christi, in erectione ascensio^y ipsius. Itemque in mersione²² ostendatur debére mori viciis, in resurrectione vivere virtutibus. In *pentecosten* vero agitur baptismus, ut²³ spiritu et igni videatur caelebrari, id est dilectione dei et dilectione proximi impleantur corda baptizorum.

c.20 9. *Pro sepeliendis hominibus precium non accipiatur*, nisi sponte datum fuerit presbitero. Nec de *penitentia* danda ullum *precium* exquiratur, sed *penitentia cito petenti* detur^z absque^a ulla tarditate. *Similiter de sacramento in aeclesia* faciendo nichil exquiratur. *Defuncti vero cum psalmis et canticis ad sepulcrum deducantur*, sicut mos est Christianorum. Horum^b autem, id est *iurantium* et *poenitentiam* postulantium, amoneantur actus, ut *poenitentiam* agentes caveant deinceps lapsum, *iurantes periurium*.

q) fehlt Hs. r) fedat Hs. s) nach fedat Rest der Zeile freigelassen aufgrund einer schadhafte Stelle im Pergament; auch auf der Verso-Seite des Blattes an der gleichen Stelle (c. 11, Schlußworte) eine halbe Zeile freigelassen. t-t) möglicherweise eine in den Text geratene Glosse. u) necitas Hs. v-v) offensichtlich verderbte Stelle; Emendationsvorschlag: super aqua potens victor sedens ad dexteram patris. w) ad doppelt vorhanden (Seitenwechsel) Hs. x) mor Hs. y) ascensione Hs. z) dettur Hs. a) aspsque Hs. b) nach Horum folgt amone durchstrichen Hs.

¹⁸) Matth. 10, 8.

¹⁹) Rom. 6, 4; 6, 9.

²⁰) Vgl. Mc. 16, 19; Matth. 26, 64; Luc. 22, 69.

²¹) Vgl. Gregor I (JK 1111): *De trina mersione baptismatis ... Nos autem quod tertio mergimus triduanæ sepulturae sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur resurrectio triduanæ temporis exprimat*. (MGH Epp. 1 S. 57, 17–20). Vgl. auch Toledo IV (633) c. 6 (V i v e s [wie Anm. 9] S. 191); Conventus episcoporum ad Ripas Danubiae (796) (MGH Conc. 2, 1 S. 173, 14–20) und Worms (868) c. 5 (Mansi 15 Sp. 870).

²²) Vgl. Leidrad v. Lyon, Liber de baptismo c. 1 (Migne PL 99 Sp. 856) mit einer ähnlichen Begründung.

²³) Begründung ohne Parallelen.